



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Davidis Regii Prophetae Psalterivm

Moritz <Hessen, Landgraf>

Smalcaldiae, 1593

VD16 B 3258

Psalmvs LXVII. Deus misereatur nostri, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

Cum premerer variis nocte dieq; malis.
Pingua nunc holocausta capris, atq; ariete caso,
Cum vitulisq; boves sacrificabo tibi.
Huc properate omnes, qui numina sancta timetis,
Et referam, qua anima fecerit ipse mea.
Corde meo et labiis Dominū in mea vota vocavi,
Eius ē in laudes lingua diserta fuit.
Cum nossem nunquam, mala si cordeulla proba-
Ex auditurum meq; measq; preces. (rem,
At testis Deus est, se me exaudire precantem,
Cum vigili attendit vocibus aure meis.
Laudetur Dominus, qui nec mea vota repellit,
Nec mihi subducit se bonitate sua.

PSALMVS LXVII.

Deus misereatur nostri, &c.

Propitius nobis, nostri miserere, paterno
Et placido vultu respice nosq; Deus.
Fiat ut in terris nobis via nota lehoue,
Luceat ut cunctis gentibus alma salus.
Laudet Deum merita populi celebrate benignum,
Quisq; Deo grates dicite corde pio.
Exultent ē ouent populi, praconia cantent,

Concin;

Concinnis modulis guttura plena sonent.
Quod genus humanum Iudex regis aequus in orbe,
Et tua quod bonitas tempora nostra iuuat.
Laude Deum digna, populi, celebrate benignum,
Quisq; Deo grates dicite corde pio.
Terra suum reddit prouentum diuite fructu,
Tu benedic nobis tempus in omne, Deus.
Nos bonitate sua noster Deus augeat, ipsum
Vt metuant omnes, esse Deum q; sciant.

PSALMVS LXVIII.

Exurgat Deus, & dissipentur &c.
Exurgat Deus ipse, suos ut dissipet hostes,
Afacie ut fugiant castra inimica Dei.
Vt perit a vento disiectus fumus inanis:
Sic pereat subitis impi a turba modis.
Admoto propius ceu cera liquefecit ab igne:
Deleat osores sic Deus ipse suos.
At iusti contraria latentur, & ocia ducant,
Exultent, vultus te irradiante suos.
Ferte Deo laudes, de nomine psallite sancto,
Sternite iter Domino, qui ingredietur ouans.
Molliter inuehitur, Domini qui nobile nomen

R Solus